



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

10. Proponuntur fundamenta pro negatiua sententia. Et deducitur, an dictum Statutum sit contra Sacros Canones, & illud promulgantes, & obseruantes sint violatores libertatis Ecclesiasticæ, & incidant ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76442)

satione. Principis. Idem in Regno Portugallie. Idem in Dominio Veneto; cum hac tamen moderatione, vt infra biennium bona donata, vel testamento relicta tenentur Ecclesiastici ponere extra manum, & alienare. Et tandem obseruat idem seruari in Brabantia, & Germania.

RESOL. X.

Proponuntur fundamenta pro negativa sententia. Et deducitur, an dictum statutum sit contra sacros Canones, & illud promulgantes, & obseruantes sint violatores libertatis Ecclesiasticae, & incidam in censuram Bullae Cœna: Ex part. 6. tr. 3. Ref. 2.

§. I. Sed his minimè suffragantibus dictum statutum esse contra Sacros Canones; & illud promulgantes, & obseruatores esse violatores libertatis Ecclesiasticae, & in censuras Cœnae incidere omnino dicendum est. Probatum primò, quia statutum prohibens Ecclesiis, & piis causis, personisque Ecclesiasticis, id quod eis competit ex priuilegio dato, vel à Romanis Pontificibus, vel ab Imperatoribus, est contra libertatem Ecclesiasticam: sed statutum de quo loquimur est tale; ergo, &c. Maior patet ex communi Doctorum sententia; ita docet Hostiensis in cap. final. de reb. Eccles. non alienand. Innocentius in cap. noueris, num. 2. vers. his igitur, de sentent. excommunicat. & ibi Ioan. Andreas num. 2. Panotmitanus in cap. Ecclesia Sancte Mariae de constit. num. 23. & ibi Felinus num. 69. Decius num. 6. Barolus in l. filius familias, §. Dini il. 2. num. 12. ff. de legat. 1. & in l. eunctos populos, n. 29. C. de summa Trinitate. Baldus in l. priuilegia, num. 1. C. de sacrosanct. Eccles. Lucas de Peña in l. 21. numero 5. C. de nauib. non excus. lib. 11. Cagnolus in l. final. C. de pactis, num. 186. Bertrandus lib. 1. consil. 50. num. 2. Ioannes Lupus tract. de libert. Eccles. part. 2. quest. 10. num. 12. & 16. Lapsus alleg. 91. num. 2. in fin. Grammaticus decis. 109. num. 13. & alij.

1. Quod autem hoc statutum (vt in minore argumenti supponitur) tollat priuilegium concessum Ecclesie & Clericis à Deo, à iure Canonico & Ciuili, probatur. Et iure quidem diuino: quia Deus, cuius intuitu donatur Ecclesiis, & qui rerum omnium uerus est & proprius Dominus, ex l. adeo, §. cum quis, ff. de acquir. rer. domin. & apud quem est uerum dominium super omnem Creaturam, cum sit creator omnium, vt explicat Petrus Cardinalis Bertrandus tract. de origin. iurisdict. quest. 4. n. 13.) omnia in vsum hominum concessit, l. in pecudum, ff. de usur. l. 2. ff. de stat. homin. idem Bertrandus præcitato loco, num. 17. vers. sic reseruat; cum ab hac Dei liberali concessione Ecclesie, & Ecclesiasticae personæ non reperiatur excepta, necesse est fateri, eas hoc quoque Dei beneficio ex diuina concessione & largitione proueniente uti debere.

3. Iure etiam Canonico particulariter Ecclesie, Ecclesiasticaeque personæ priuilegiatae reperiuntur, cap. futuram Ecclesiam, & cap. videntes 12. quest. 1. vbi Urbanus Papa idoneam rationem reddit; cur oportuerit Ecclesiis prædia donare, & semel donata inuolubiliter retinere; quia videlicet plus utilitatis conferri poterat fidelibus, si hæreditates & agros, quos prius vendebant, traderent ipsis Ecclesiis habendos, vt ex fructibus eorum fidelibus prouideretur, quam si solum pretium consignarent.

4. De iure ciuili exploratum est, licere vnicuique relinquere Ecclesiis & Ecclesiasticis personis quantum bonorum etiam immobilium optauerit l. 1.

& l. generali, & l. iubemus la 2. & l. fin. C. de sacrosanct. Eccles. quod ad eum uerum est, vt frequentia extent antiquitatis exempla; unde constat inuitari solitos fideles ad dandum Ecclesiis, & principes sæculares laici legibus constituisse, vt collata æterna firmitate roborentur; nam omiſſis cæteris lib. 3. Legum VVifigothorum, tit. 1. l. 1. sic constitutum extat. Quæcumque res Sanctis Dei Basilicis, aut per Principum, aut per quorūlibet fidelium cognationes collatae reperiuntur, uotiue ac potentialiter pro certo censemus, vt in earum iure, irrenocabili modo, legum æternitate firmentur, hæc ibi. Ergo cum hoc statutum prohibeatur Clericis, id quod eis de iure diuino, Canonico & Ciuili competit, esse contra libertatem Ecclesiasticam dicendum est.

RESOL. XI.

Fundamentum secundum. Et inferitur posse iudices Ecclesiasticos cogere laicos in statuentes, vt declarent, quod in huiusmodi statutis non comprehenduntur Clerici, neque Ecclesia. Et docetur, quod statuta laicorum quamuis fauorabilia non ligant Clericos, neque Ecclesiam: Ex part. 6. tract. 3. Ref. 3.

§. 1. Probatur secundò, Quia communis Doctorum opinio est, quod statutum Laicorū prohibens alienationem bonorū in forenses & non subditos, non cōprehendat Ecclesias & Ecclesiasticas personas, & quatenus comprehenderet non valeat, quia esset contra Ecclesiasticam libertatem: ita quod ex defectu uoluntatis Ecclesie & personæ Ecclesiasticae non comprehendantur in statuto; quia non præsumitur statuentes uoluisse in generali dispositione comprehendere personas, de quibus etiam uoluisse, in specie disponere non potuissent: & quatenus etiam illas comprehendissent, statutum non valeat ex defectu potestatis; ita tenuit Oldradus in quadam sua disputatione, quam refert & sequitur Bartolus in l. filius familias, §. Dini, num. 12. vbi Angelus num. 4. Floria de Sancto Petro, num. 11. cum seq. Fulgosius sub num. 6. vers. quid autem si statutum. Alexander n. 11. & 12. & Iason dicit magis communem num. 72. cum seq. vbi licet postea dicat contrariam opinionem uerriorem, & disputando defendi posse; tamen num. 82. ait: quod durum & difficile esset obtinere contra opinionem Bartoli; ac propterea opinionem Bartoli consulendo & iudicando esse tenendam; quæ est magis communis & fauet Ecclesie, & idem dicit in Reperit. dicti. §. Dini, num. 107. & 110. Ripa communem dicit num. 81. Claud. Scyssel nu. 27. Ferdinandus Loazes num. 82. & latius Socinus iunior, vbi attestatur de communi num. 166. cum seq. & Ioan. Crocius num. 88. ff. de legat. 1. Et ratio est, quia Principes Laici possunt condere leges de his, quæ sunt eorum iurisdictionis; non autem possunt terminos eorum iurisdictionis excedere: & probatur ex cap. si Imperator 96. dist. 1. dum loquendo de Imperatore inquit, si est Catholice & filius Ecclesie, & non Præsul: & scdit; habet priuilegia suæ potestatis, quæ in administrandis legibus Ecclesiasticis diuinitus consequutus est: postea subiungit; & eius beneficiis non ingratum contra dispositionem cælestis ordinis nihil usurpet. Quid ergo Principes Laici possint legem condere, procedit dummodo non tangat Clericos & Ecclesias, ac eorum bona; & non laudent immunitatem Ecclesiasticam per ea, quæ superius dicta sunt, & late tradit Sarpus in consil. 301. Cui primum, vers. ut non mouet, vol. 3. aliàs si uellent ligare Clericos, & Ecclesiasticas

Sup. hoc
facillime
sup. in tr. 1.
Ref. 42. §. 2.
prope fin. à
verf. Et hæc.
& in Resol.
118. §. vi. &
in Ref. 128.
§. Sed ne in
fine, & in
tr. 2. Resol.
162. §. Ad
priuilegium
cursum in fi.
ne, & in Ref.
190. §. Ref.
pondeo. pro
pe fine, & in
Ref. 195. in
fine, & in
Ref. 201. &
207. §. Igi
tur. & in
Ref. 214. §.
1. post me
dium. & his